



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

324. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Burchard. lib.
12. c. 17.

rio uno anno à corpore & sanguine Domini segregetur, & reatum suum jejuniis & elemosynis absolvat. ad caritatem verò, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter veniat.

Item de perjurio. *Ex dictis Hieronymi.*

Burchard. lib.
12. c. 16.

CCCXXII. Cum juramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcumque postulasset ab eo. Si ob jusjurandum fecisse se dicit, quid si patris matrisque postulasset interitum, facturus esset, annon? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit etiam in Propheta.

De eadem re. *Ex dictis Bedæ Presbyteri.*

Beda homil.
44. in decclat.
S. Iohan.
Burchard. lib.
12. c. 18.

CCCXXIII. Si aliquid fortè nos incautiùs jurasse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus, ac magis instante necessitate perjurandum nobis quàm perfecto juramento in aliud crimen majus esse divertendum.

De eadem re. *Ex Pœnitentiâli.*

Halitgar. lib.
4. c. 28.
Burchard. lib.
12. c. 8.

CCCXXIV. Quicumque sciens perjuraverit, septem annos pœniteat, & post hæc communionem accipiat. [*Vide epistolam Rhabani ad Heribaldum cap. 8.*]

Ex Pœnitentiâli ut supra.

CCCXXV. Si quis perjuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.